



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 10. Ad terram conuersos, à cœlo deseri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

exemplis veteris Testamenti doctur. 15

curramus; non est nostrum, vt pro Deo solliciti simus, aut omnipotenti Domino modū præscribamus. Nostrum est, sperare, illius iuuare. Quantum nos ab illo recedimus, tantum & ille recedit à nobis.

§. X.

Ad terram conuersos, à cælo deferi.

Enimuerò sæpe aliunde quærere solatia humana, fuit perdere diuina. Israëlitaë ijdem in Galgalis, & Campestribus Iericho fecerunt Phasē, & comederunt de frugibus terre, die altero, azymos panes & polentam eiusdem anni. In eum vsque diem Manna illis de cælo cecidit: ast, vbi ad terram & terrenos cibos, solatiâque conuersi sunt, licet sancto prætextu azymorum, quid factum est? Clarè aperit Scriptura inquiens: *Defecitq; manna, postquam comederunt de frugibus presentis anni terra Chanaan.* Deficiunt itaque cælestia, vbi dominantur terrena; sicut vbi desinit auxilium terrenum, ibi cœleste succurrit. Hoc experiuntur, qui, dum, agnita sua calamitate, dicere coguntur: *circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me;* etiam illud didicerunt pronunciare: *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus;*

Iosue
II.

Psal. 17. 46

Ibid. 7. 13

meus, Deus meus adiutor meus: & sperabo in eñ.
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad
Plutarch. *Deum meū clamaui.* Sequitur enim: *Et exau-*
in Apoph. *diuit de templo sancto suo vocem meam.* Darius
 Xerxis pater aiebat, *se in praelijs & periculis e-*
uadere prudentiorem. Idem contingit electis,
 cum in summa discrimina incurrunt, fiunt
 prudentiores: quando enim vident, actum
 esse de subsidio mortalium, non despondent
 animum, sed ad asylum maius confugiunt,
Psal 17.4. cum hac voce: *Laudans inuocabo Dominum,*
& ab inimicis meis saluus ero. Nescio quale
 nunc sit seculum.

Terra malos homines nunc educat atq; p-
fillos,

quos scilicet non prudentiores, sed amentio-
 res faciunt pericula; neque enim, orta tem-
 pestate, nauem in portum, sed in scopulum
 inferunt, quia non fugiunt ad Deum, sed
 Deum relinquunt. Hinc tot naufragia pa-
 tiuntur, nec tabula illis relinquitur, quia
 anchoram abiecerunt, qua vsi procellas om-
 nes sustinuissent.

§. XI.

Luculentum Dei, in rebus desperatis, per vi-
duam, succurrentis exemplum.

Judith. 7.
26.

Sine numero sunt exempla, in libris Io-
sue,